



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

Casus, qui sunt aliquando Papales, aliquando Episcopales. cap. xxii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

suræ continentur in cap. vt inquisitionis, de hæret. li. bro vj.

Exercentes regimen in triremibus infidelium. de Iudeis, in c. ita quorundam.

Principes, & officiales, qui tertio admoniti ab Episcopis, vel viris ecclesiasticis recusant facere iustitiam super eorum causis, xxiii. q. v. administratores.

Facientes statuta, iudicantes secundum ea contra libertatem ecclesiæ, de sent. excom. c. nouerint.

Item qui talia iudicata in publicam formam redigunt Ibidem.

Percutiens clericum, vel religiosum leui percussione.

Laici sacrilegi, incantatores, inuocatores demonum, & diuinatores vtriusq; sexus excommunicantur. Leo X. in Concilio Lateranensi. superne dispositionis.

Glosantes, seu commentantes, vel interpretantes constitutiones factas in Concilio Lateranensi, quæ continentur in bulla, quæ incipit, superne dispositionis.

Prædicantes, vel disputantes verbo, vel scripto, quod montes pietatis instituti iuxta tenoré terminationis Concilij Lateranensis sint male ordinati, excommunicantur. Leo X. in Concilio Lateranensi. Inter multiplices.

Imprimentes, vel imprimi facientes libros, vel aliquam scripturam sine examine, & approbatione Vicarii domini Papæ, & magistri sacri palatii in vrbe, & extra urbem sine licentia diocesani, & Inquisitoris hæreticæ prauitatis, excommunicantur. Leo X. in Concilio Lateranensi. Inter sollicitudines.

CASVS, QUI SVNT ALIQUANDO Papales, aliquando Episcopales.

Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 Qui, & quot sunt casus aliquando Papales, & aliquando Episcopales.

Incenti



Incendiarij & ecclesiarum, vel monasterio-
rum, vel piorum locorum sunt excommuni-
cati ipso iure excommunicatione Episcopali;
sed post denuntiationem sunt excommu-
nicati excommunicatione Papali, de senten-
excommun. tua nos.

Effractores cum spoliacione ecclesiarum, vel monaste-
riorum, vel piorum locorum ante denuntiationem sunt
excommunicati excommunicatione Episcopali; post de-
nuntiationem vero Papali. Ibidem.

Dantes licentiam offendendi, vel grauandi eos, qui sen-
tentias excommunicationis, vel interdicti rulerunt cōtra
quemcunque, nisi sententiam ipsam re integra reuocauer-
int, vel si ad bonorum captionem processum fuerit, nisi
infra octo dierum spatium omnia restituerint, vsq; ad du-
os menses est Episcopalis; & exinde Papalis.

Item qui tali sententia data vti ausi fuerint.

Item qui motu proprio aliquid praemissorum commi-
serit, est Episcopalis, vel Papalis, vt supra, de sent. excom-
mun. quacunque.

Item absoluti à sententia excommunicationis ratione
periculi alicuius, si post periculum non repraesentant se il-
li, qui potest eos absolvere, in eandem sententiam incidūt
Papalem, vel Episcopalem.

Participantes in crimine cum excommunicatis, aliquan-
do sunt excommunicati excommunicatione Papali, ali-
quando Episcopali, secundum quod excommunicatio fue-
rit Papalis, vel Episcopalis.

DE PRAESTANTIA SANCTIS-

simorum Episcoporum. Cap. XXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiatus ab Episcopo compelli potest, vt beneficij sui titu-
lum ostendat.
- 2 A correctione Episcopi an possit appellari.
- 3 Qualiter Episcopus à clero, & populo suam ingreditus ciuita-
tem suscipi debeat.

M

4 Pro.